UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Modvs Frvctvose Celebrandi Missam

Giustinelli, Pietro
Belli, Domenico

München, 1649

Oratio ad B. Virginem.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55294

Visual Library

delibus defunctis requiem, lucemque ſempiternam, Amen.

Oratio ad B. Virginem.

O Maria Virgo dulciſſima, & Mater Dei digniſſima, miſerere mei viliſſimi peccatoris. Saluto, & veneror te toto corde. Impetra mihi obſecro plenam omniũ peccatorũ remiſſionem, Impetra perfectam mei mortificationem, & abnegationem. Impetra verã humilitatem, patientiã, charitatem, & linguæ, atque ſenſuum omnium continentiam, Impetra puritatem, ſimplicitatem, nuditatem, libertatemq; mentis, & perfectam cum Dei voluntate conformitatem, vt

ſim

ſim homo ſecundum cor filij tui, Amen.

Oratio ad Sanctos omnes.

O Sancti, Sanctæque DEI omnes, & beati Spiritus Angelici, quos Deus mellifluo vultu ſuo ſemper lætificat; orate pro me: Saluto, & veneror vos. Gratias ago Domino, qui vos elegit, & in ſuis benedictionibus præuenit. Eia, impetrate mihi veniam, impetrate gratiam, & perfectam cum DEO vnionem, Amen.